& nouerca aliquid accipientes, quando committant furtum, & quando non, & qua actione co nueniantur, vide per Iac. de S.Georg. in l. de his quæ, C.eo. *Giach.*

Poſſet etiam allegare, furtum domeſticum eſſe.] Adde,
87 † qui dicantur fures domeſtici, & dic, quod pater, mater, filius, maritus, vxor, aſcriptitius, colonus, ſeruus, mercenarius, cliens, ſeruientes, familiares, domeſtici, & alij, vt per Cæpoll. in auth. ſed nouo Iure, Cod. de ſeru. fugit. vt dicantur domeſtici, requiritur cohabitatio, ac etiam præſtatio expenſarum, Soc. conſil. 17. Alexand. conſ. 135. lib. 1. Calefat. conſil. 106. tom. 1. conſ. crimin. diuerſ. mag. impreſſ.
88 Item † adde, quod ſi familiaris hodie furatur vnam rem, & cras alteram, etiam viles, quod punietur tanquam de magno furto; & ita limitatur l. reſpiciendum, §. furta. ff. de pœnis, Cyn. Bal. & alij l. apud antiquos. C. de furt. quos refert, & ſequitur Barbat. conſ. 11. numer. 21. volum. 2. & Boer. deciſ. 316. num. 7.
89 Item † adde, quod famulus non tenetur pœna furti, ſubtrahendo tantum, quantum ſibi debetur, & ita creditor, Grãmat. conſil. 50. Plot. in

bilem quantitatem pecuniarum, fuit laqueo ſuſpenſus. Tales enim fures non modò ſunt corporaliter citra mortẽ puniendi, vt pluries vidi ſeruari in hoc ducatu ſed debent furcis ſuſpendi tanquam graſſatores, ſeu famoſi fures vt dicunt præallegati Doctores & in alijs prouincijs ſeruatũ fuiſſe atteſtatur. Quinimò etiam furta domeſtica vidi ego aliquando puniri, quando ſunt multiplicata, vt in quodam Ioann. Iacob. Cremonen. ſeptimo, Nouembris, 1558. P.N.

23 *Pariter* [1] *etiam poſſet fur allegare rem furatam eſſe modici valoris: nam & minima non videtur curandum, vt eſt text. in l. ſcio. ff. de in integr. reſtit. & eſt communis regula, vt dicit Gomeſ. in §. pœnales, poſt numer. quart. Inſtit. de actio. Sed certè hæc etiam defenſio eſſet multum periculoſa: nam* [t] *actio furti datur etiam de re minima, puta pro gallina, vel pro anſere, imò etiam pro ouo vt dicit gloſſ. in §. Gallinarum, in verbo, qui lucrandi animo. Inſtit. de rerum diuiſ. quam ſequuntur omnes, vt dicit Tiraquell. in tract. de iudic. in reb. mini. exig. fog. 50. columm. ſecunda, verſic. decimo, & hæc opin. eſt frequentiſſimo omnium calculo recepta, vt ait Didac. libr. 11, reſolutionum, capit. 3. numer. 12. licet dicat ſibi nunquam hoc placuiſſe; ita tamen ſeruatur in practica, licet ſoleat aliquando propter rei modicitatem pœna mitigari. Faciunt, quæ dixi inf. hoc eod. lib. §. iniuria, verſicul. Item condemnatus.*

24 *Quandoq; etiam excuſatur quis à pœna furti propter neceſſitatem licitum eſt furari: & communis opinio, vt dicit Marian. in capit. ſi quis propter, poſt numer. 13. de furtis, Cagn. in l. quæ propter neceſſitatem: numer. 3. ff. de regul. iur. quem refert Benincaſ. de pauper. fol. 105. num. 22.*

l. ſi quando. §. 53. num. 7. fol. 285. niſi habuiſſet animum furandi, vt per Gram. ibi. Sed punitur pœna arbitraria, quia non potuit propria authoritate ſibi ius dicere; ex quo poterat pro eius ſalario Iudicem adire, Cæpol. conſil. 26. Alexand. conſ. 225. circa primum dubium. vol. 1. Et de creditore vide Menoch. de recuper. poſſ. remed. 5. ſed vide ſupra. num. 78.
90 Item † adde, quod furari illud, quod ſibi debetur, in conſcentia eſt licitum: & ſi poſtea fiant monitoriæ, non tenetur reuelare, nec reſtituire; Imò nec ſcientes illum accepiſſe, ſi ſciunt illum pro certo fuiſſe creditorem, non tenentur etiam ipſi propalare, Cæpoll. conſilio 26. Syl. nupt. in verſ. Monitoriæ, num. 43. fol. 267.
91 1 *Pariter etiam.*] Adde, † quod Pariſ. in tract. ſindic. in cap. tortura. il primo, dicit, quòd pro leui furto quandoq; fur torquetur ad pœnam, & quod pro pluribus furtis minimis imponitur pęna mortis Grammat. vot. 17. num. 5. fur enim magis ille eſt, qui modica furatur, quam qui magna, ſecundum Tiraq. in l. 2. num. 12. de legib. connub.
92 Item † adde, quod punitus leui pœna tamquam pro leui furto; ſi poſtea reperiatur, quod furtum fuit magnum, amplius non poterit puniri, licet ſufficienter non fuit punitus, Paul. de Caſtr. conſ. 18. non video, vol. 1.
93 Item † adde, quod etiam Zingari pro furtis minimis, & pro furto gallinarum debent puniri, Plot. in conſilio 50. numero 27.
94 Item † adde, quod capiens columbas de alieno Columbario, etiam in ſuo, vel eas occidens, furtum committis Caſſan. in conſuet. Burg. fol. 1489. num. 5.
95 Item † adde, quòd incidens arbores, & illas exportans, furtum committit, vt per Pariſ. in conſ. 111. nu. 24. vol. 1.
96 Item † adde, quod ſi apes forte conſederunt in arbore alicuius, & ibi fauos mellis fecerint, & alius incidit arborem, & fauor mellis acceperit, furtum non committit, niſi dominus arboris fecerit ſignum in arbore, ex equo apparet, quod dominum, & poſſeſſionem apum, & mellis acceperit: ſed incidens arborem tenebitur de inciſione arboris, leg. ſi apes in princip. ff. de furt. & Ioann. Ant. de Nigr. in capit. 10. incip. ad hoc numer. 91. ſub. rubr. de furtis.
97 Item † adde, quod capiens fructus ex fundo ſuo, in quo alius fuerat miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, furtum non committit, Roman. in conſ. 150. in propoſita queſtione, in prin. & Ioann. Anton. de Nigr. in capit. ad hoc, numer. 83.
98 Item † adde, quod pro paruo furto quis præcedentibus legitimis indicijs torqueri pôt, Lud. à Pegur. in q. crim. c. 16.
99 Item † adde quod licet detur actio furti pro re minima, exclamat tamen Marſil. in ſing. 378. geminatio ante finem con tra Iudicem punientem furem pro re minima, & Bertaz. in conſil. 198. nu. 1. vol. 1. dicit, quod nunquam audiuit, quod pro re minima quis fuarit in inquiſitus, & ideò Doct. Nauar. in diſputatione ſuper cap. fin. 14. q. 6. defendit, non concedendã eſſe actionem furti propter ablationem rei exiguæ, quę non pertingat ad pęnam mortalem: ſecus autem dicit in gallina, vt in Manuali, cap. 7. numer. 4. verſ. 2. quod ego crederem procedere in iſtis, qui delectantur in huiuſmodi aucupio gallinarum, vt etiam dicunt Adde ad Bertazol. in d. conſ. 198. in fin. *Baiard.*

1 *Actio furti datur.*] Sed quot, & quæ actiones dentur contra fures, vide per Ang. de Aret. in §. fi. inſti. de obli. quæ ex de lic. naſc. *Giach.*

t *Quandoque etiam.*] Hic adde Prouerb. cap. 6. *Drogh.*
100 *Quandoque etiam excuſatur.*] Adde, † quòd hoc fallit, quando exiſtens in neceſſitate furatur exiſtenti in ſimili neceſſitate, quia tunc non excuſatur, ſecundum Caſſan. in conſuet. Burg. fol. 187. num. 27.
101 Item † adde, quòd remittitur arbitrio iudici, quando quis dicatur eſſe in extrema neceſſitate, ſecundum Caſſan. in conſuet. Burgun. fol. 187. nu. 30. & habetur per Felyn. in cap. 3. de offic. deleg. col. 3. quando dicatur grauis neceſſitas, ad hoc, vt habeat excuſare. Sed circa iſtam quæſtionem, quando ratione neceſſitatis liceat furari, & quæ neceſſitas requiratur, vi-
102 de Caſſan. vbi ſupra, fol. 188 numero 15. cum ſequen. & † ibi multi caſus habentur, in quibus fur excuſatur à pęna furti; vide etiam Viui. opin. 345. vbi ipſe quoque ponit quaſdam limitationes.
103 Item † adde aliam excuſationem, quando furtum fit in domo tenentis ludum aleæ cauſa lucri, tempore quo luditur, ſiue factum fuerit à luſoribus, ſiue à quocunq; alio, & retinens ludum non habet actionem non tantum pœnalem, ſed nec etiam ad rei perſecutionem, ita Ang. de malef. & ibi adden. in verſ. mettidote de mali dadi; in ver. Et viſo quod ludus, numer. 6. & 8. & Menoch. de arbitr. caſu 399. numer. 23. & huc habet locum etiam quoad alios ludos prohibitos, vt per Iod. in ſuo Enchirid. crimin. capitul. 126. numer. 6. cum ſeq. & Burſ. conſ. 116. numer. 5. & licet Pariſ. de ludo, nu. 46.

dicat

dicat non dari actionem criminalem contra furem, vult tamen, quòd detur actio ad perſecutionem rei, quòd negat poſt alios Cæpol. cautel. 55. & Iaſon in l. ſi ſtipulatus fuero hanc ſummam, num. 4. ff. de verb. oblig. quos ſequitur. Menoc dicto caſu 399. in fine, & hoc puto non procedere, ſi tenens ludum haberet licentiam à Principe prout ſole- cõcedi à Principibus Deũ
104 non timentibus; & † omnis ludus fortunæ dicitur ludus aleæ, ſecundum Grammat. in conſ. 35. numer. 59. & Pariſ. de Put. in d. tract. de ludo, numer. 4. vbi dicit etiam, quòd receptor ludi dicitur aleator.
105 Item † adde, quòd Io. Ant. de Nigr. ſuper cap. Regni in cap. 10. incip. ad hoc, ſub rubr. de furtis, num. 37. ponit triginta nouem excuſationes, quibus fures ſecundum eum excuſari poſſunt,

25 *Sed vidi dubitari, nunquid iſte, qui tempore neceſſitatis aliquid furatus eſt, teneatur, ſi poſtea ad pinguiorem fortunam peruenerit, illud reſtituere? Aliqui dicunt. quòd ſic; & dicit Maria. in d. cap. ſi quis propter in vltimis verbis, quòd ita tenet communiter Doctor. Hanc etiam opin. communem appellat Benincaſ. in loco præallegat. numero 47. Multi vero contrarium tenuerunt, & hanc dicit eſſe communem opinionem. Summa Sylueſt. §. furtum, quæſt. 5. quem refert Didac. in repet. capit. peccatum, fol. 70. de reg. iur. in 6. Prima opin tutior eſt, in foro contentioſo non recederem à ſecunda opinione. Cum enim factum fuerit iure permittente, non eſt vlterius de reſtitutione tractandum.*

26 *Sed* [u] *hic incidenter quæro, nunquid emes rem furtiuam, teneatus ad eius reſtitutionem. Reſpond. quod ſic, etiam nullo reddito pretio, vt eſt text. in l. inciuilem.*

& Caſſan. ſuper conſuet. Burgun. fol. 185. vſq; ad fol. 217. ponit viginti quatuor caſus, quibus fur euitat pœnam mortis inter quos adſunt etiam caſus, quos hic ponit Clar. ſed caueant fures, ne cadant, quia apud iuſtos, & practicatos Iudices in paucis caſibus pœnam furcam euadere poſſent; Iudices enim, dum apparet commiſſum fuiſſe crimen, & à quo, debent eſſe prõpti ad peuniendum, nec debent ponderare omnes iuris ſubtilitates, fauor enim publicæ diſciplinæ ſuadet, vt maleficia non remaneant impunita. ita dicit Bald. in l. ſi ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. quem refert, & ſequitur Grãmat. in deciſ. 36. num. 26.
106 Item † adde, quòd committens furtum non debet excuſari, etiam quòd ex illo furto aliquod bonum reipublicæ ſequatur, ſecundum Pet. Anch. in cap. 1. de conſt. vbi dicit, quod ingreſſus domum alicuius, ſi ſcrinium ſurripueret, in quo erant litteræ proditionis ciuitatis, hoc patefacto pænam non euitabit, cum intentionem habuerit furandi; vnde fortuna, quæ felix ciuitati fuit, non conſideratur, ſed ſolus animus; refert, & ſequitur Gulielm. de Bened. in repet. capit. Rainaldus, in quæſt. an liceat occid. peccat. numer. 39. extra de teſtament. *Baiard.*

u *Sed hic incidenter.*] Adde Alexand. tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 29. Petr. de Benintend concl. 34. *Drogh.*

Sed hic incidenter quæro.] Adde † circa iſtam quæſtionem videndum Alciat. de præſumpt. regula tertia, præſumpt. 29. vbi plenè, & Couar. in capit. peccatum, in 3. part. §. 1. numer. 5. fol. 218. & ſummam Sylueſt. in verſic. reſtitutio, 3. numer. 7. verſic. quartum ſi verò emit, Ioſeph. Luodou. deciſ. Peruſ. 42. prima parte, Mozzius in tract. de empt. & vend. numero 31. cum ſequen. & latiſſimè per Menoch. de præſumpt. libro
108 quinto, præſumpt. 29. numer. 9. & † qui petit rem ſibi reſtitui debet probare, ſibi furto ſubtractam fuiſſe, Bald. conſil. 42. volum. 1. & de huiuſmudi probatione ſufficit, quòd habeat litteras teſtimoniales ſui iudicis ordinarij, Mandel. conſ.
109 48. numer. 3. & ibi, numer. 2. dicit, † quod ſi ſolutum fuerit pretium illi, penes quem erat res furata, non nocet, ſi cum proteſtatione fuerit ſolutum; & ibi dicit etiam, quòd res debet reſtitui ſine pretio, etiam quod ſine furto fuerit tranſlata in alias perſonas.
110 Item † adde, quòd emens equum furto ſubtractum à tranſeunte, pretium ammittit, Afflict. ſuper Conſtit. Regni, lib. 3. rubr. 36. & Port. conſ. 60. & de modo probandi equum furto fuiſſe ſubtractum, & maximè quando duo contendunt equũ eſſe ſuum, Maſcard. de probat. concl. 634. vol. 2.
111 Itẽ † adde, quod ille, cui equus fuit furto ſubtractus, propria autoritate eum habere poterit, ſi fur cum dicto equo ſit in fuga, ſiue adſit ſuſpicio fugæ, vel furtum ſit factum in continẽ-
112 ti, & † non tenetur præſentare equum iudici, Ang. in l. qui vas numer. 6. ff. de furt. & Alexand. conſ. 64. per totum, vol. 3. Ioan. And. & Doct. in cap. nullus, de pignor. & Bonacoſſ. in tract. equorum, q. 25. ſed ego arbitrior, quòd tutius eſſet omnia notificare poſteà iudici.

Item adde, quod poſſum recuperare equum à fure abſq; refectione expenſarum, ad quas non teneor, ſecundum Bald. in l. ex argento, ff. de condit. furti.
113 Item † adde, quòd emens rem raptam à latronibus exteræ gentis cum dicta proteſtatione, vel ab hoſte, poterit conſequi pretium, dumodò non potuiſſet illos capere cum re furtiua, Natt. conſil. 439. Alciat. d. præſumpt. 29. numer. 4. & Couar. in reg. peccatum de reg. iur. par. 3. §. 1. nu. 5. vbi tenet, quod in caſu prædicto tenetur in foro interiori, & exteriori reſtituere pretium, atteſtando hanc opinionem eſſe magis communem, Bartaz.
114 conſil. 43. numer. 5. vbi conſuluit † ad quid teneatur emens equum furtiuum à Zingaro: ſed circa iſtam limitationem, quòd dominus rei furatæ teneatur reſtituere emptori pretiũ, quando emit à latronibus cum dicta proteſtatione vide Coua. vbi ſup. fol. mihi 218. & ita limitatio non pocedit, niſi vtiliter egerit pro domino, vt quia emit pretio paruo, & non aliter, & niſi publicè fuiſſet proteſtatus, quod ea intentione emebat, ideſt pro reſtituendo domino, vt plenè per Summ. Sylue-
115 ſtr. in verſ. reſtituitio 3. nume. 7. verſ. quartum ſi vero emit, Contrarium † eſt in Iudæis; quibus priuilegia fere vbique conceſſa fuerunt, quod non refecto pretio non teneantur reſtituere, vt de ſimili tradid Abb. in cap. quòd clericis, numer. 34. de for. competenti Cremenſ. ſing. 82.
116 Item † adde, quòd ſi dominus reſtituiſſet. pretiũ emptori bonæ fidei, tunc amplius repetere non poterit l. ſeruus cuiuſdam, vbi Paul. & Iaſ. ff. de cond. indeb. Moznius in tractat. de empt. & vend. numer. 32. & Alciat. in d. preſũmpt. 29 numer. 4. reg. 3.
117 Item † adde, quod accipientis res alienas pignori ſcienter, tenentur de furto, tex notab. in l. ſi ſeruus, ff. de cond. indeb. per quem tex. Paul. de Caſtr. & Iaſ. ibi valde exclamant. contra Iudæos. & alios accipientis pignori res furato ſubtractas à filijs familias, & ſeruis, denegantes illas reſtituere, niſi ſolluto pretio, de quo plenè per Marſi. in ſing. 13. & conſil. 53. numer. 24. & in ſing. 334. vbi atteſtatur, quod Hebræis ex priui egij. per totam Italiam conceditur, vt tutò res furtiuas pro pignore accipiant, idem tenet Alciat. in dict. præſumpt. 29 numer. 7 vb. tamen dicit tale ſtatutum, ſiue priuilegium non habere locum, vbicunq; mutuans ſciret rem eſſe alienam ex quo furtuo committeret, & ſimiliter dictum priuilegium ſiue Decretum non procederet in Iudæo accipiente rem alienam quam veriſimiliter ſcit eſſe alienam, quia tunc teneretur reſtituere pignus illud domino liberè ſine pretio, Anan. in conſilio 70. & Boſſ. in titul. de indicijs, numer. 62. & de dicto priuilegio, ſiue Decreto uide Cremenſ. ſing. 81. & Felyn. in
118 capitul. cauſam quæ, colum. octau. de teſt. † quaòd Iudæi delinquant, & furtum committant, ſi rem furatam ſcienter emant, non obſtante dicto priuilegio, & quòd dominus ſi hoc caſu pretium ſoluiſſet, illud poterit recuperate tanquam indebitè ſolutum, latè per Decian. in tractat. crimin. tom. 1. libr. quinto, capitul. 12 numer, 19. contrarium verò eſt in eo,
119 † qui res furto ſubtractas in ſolutum accepit, quia non tenetur actione furti, ſecumdum Iacob Phil. Porc. in conſil. ſed mihi uidetur, quod nihil probat, & quod in hoc ſe decipit, cum datio in ſolutum ſit alienatio, Afflict. in deciſ. 369. numer. 1. Alexand. in conſil. 52. vol. 1. & limitat eadem ratio in accipiente in ſolutum, quæ militat in emptore.

Item

120 Item † adde, quod emens rem furtiuam ſcienter punitur pœna extraordinaria, Marſ. conſil. trenteſimoſecundo, & trenteſimotertio, & in dicto conſil. 53. ea ratione, quia delictum iam erat conſummatum; & Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſ. 369. numero quinto, dicit habuiſſet in facto in magna Curia Vicariæ, in perſona cuiuſdam Ioan. Baptiſtæ de Cioffo, qui ſcienter emerat quędam ſacra magni valoris à quodam, qui illa furto ſubtraxerat, & fuit condemnatus ad triremes per quinquennium; & tamen tenebatur ad pœnā mortis per cap. Regn. ad hæc.

221 Item † adde, quòd contra ementem ſcienter rem alienam agi poteſt actione furti, ſi res extat, non autem, ſi non extaret, quia non poſſet agi ad pretium, niſi in ſubſidium, vt per Afflict. in deciſione 369.

C. de furt. [x] *Et reperio quòd Natta conſilio 436. in facti contingentia conſuluit, quòd etiam ſi tempore, quo eam emit, proteſtatus fuerit ſe illam emere, vt eam reſtitueret domino ſuo accepto pretio, tenetur nihilominus abſque pretio illam reſtituere, quod ego pro nunc non affirmo.* [y] *Scias tamen, quod ſi illam acquiſiuit bona fide, tenetur ipſam reſtituere, ſi extat; ſi verò bona fide conſumpta eſt, tenetur ſolum quatenus eſt factus locupletor. Et hanc concluſionem dicit eſſe frequentiſſimo Theologorum, & Canon. conſenſu probatam Did. in repet. d. cap. peccatum, fol. 303.*

27 *Pro complemento huius materiæ quæro quid, iuris,*

122 Item † adde, quòd emens à filiofam. rem ſurreptam patri, ſcienter, tenetur furti, Aret. in §. ij qui, Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcunt. num. 2.

123 Item † adde quod vinces in ludo ſcienter peccuniam ſeruo, quæ erit ſui domini filiofam. quæ erat patris, committit furtum, & illam non lucratur, Rolan. con. 45. numero 4. vol. 1. & pater poteſt repetere, & actione furti agere contra luſores, Bal. in rubr. C. de condit. ob turp. cauſam, & etiam ibi Iaſ. niſi pater ſciuerit filium furari in domo, & nullam prouiſionem feciſſet, quo caſu vincens, ſeu retinens rem furto ſubtractam à filio non tenetur de furto, vt pulchrè conſuluit Rimin. iun. conſ. 106. inter conſ. crim. diuerſ. paruæ

124 impreſſionis, & † ludens præſumitur ſciuiſſe pecuniam eſſe ſerui, vel filijfam. vt per Alciat. in tract. de præſum. reg. 3. preſum. 29. n. 6 non tamē poſſet procede contra talem luſorem ad pęnā corporalē ex quo non eſſet in dolo, ſed in culpa, vt ibi per

124 Alciat. † & ſi ignoranter poterit conueniri tantummodo ciuiliter, ſecundum Bald. in rubr. C. de cond. ob turp. cau.

126 Alcit. in loco ſupra citato, & † quando ludens cum filiisfam. ſeruis, monachis furioſis, & alijs non habentibus adminiſtrationem liberam rerum in ludo appoſitarum committat furtum, vide Viu. communium opinionum 468. numero decimonono.

127 Item † adde quod res furtiua ſi reuerſa eſt ad furem, forte quia, ille cui alienauit, accommodauit, vel depoſuit ipſam penes furem; & in repetitione ipſius re concurrant depoſitarius, & verus dominus, potius facienda eſt reſtitutio vero domino, ſi in iudicio concurrunt; ſi vero extra iudicium concurrunt, aut deponens emit bona fide, & reſtitutio ei eſt facienda; aut mala fide, & tunc debet reſtitui domino ita tradit Marian. Soc. in capitulo 4. numero ſeptimo, de furt.

128 Item † adde, quod fures, & latrones non poſſunt agere actione furti ad rem, quam furto ſubtraxerant, contra alium, furem, qui eandem rem ſubtaxiſſet, nec ad exhibendum, nec interdicto, ne vis fiat ei; poſſitunt tamen petere reſtitutionem, ſi ſunt ſpoliati, Craſſ. in repet. capituli cum ad ſedem apoſtolicam numero 94. & 95. de reſtit. ſpoliat.

129 Item † adde, quod pretium rei furtiuæ emptæ publicè, & bona fide in mercato, ſiue in nundinis, non debet reſtitui, etiam ſi extare ſtatutum, quòd rem furtiuam publicè, & bona fide in mercato emptam vendicandi ius non ſit, etiam quod nomine domini emiſſet, Benin. in deciſ. Bononien. 34. & ſi valet ſtatutum, procedit tantummodo inter ipſos ſtatuentes, vt in dicta deciſione.

130 Item † adde, quòd non licet domino rem ſuam propria authoritate acceptare. §. Ita tamen, Inſtit. de vi bono. rapt. niſi eam iuris remedio recuperare non poſſet, quia tunc liceret etiam furari, Iaſ. in l. 1. numero 8. C. de teſtam. Marſ. in ſing. 177. malitijs Tiraq. de retract. in proęm. numer. 71. Menoch. de recup. poſſ. remed. 1. num. 322. & ſeq. & Pont. in tract. de ſpolio lib. 1. numer. 124. & lib. 1. numer. 83. vbi dicit, quod ſi res ſic violenter occupata conſignaretur Iudici ad effectum, vt pro iuſtitia de ſuper conſuleret, vel violentia fuiſſet commiſſa deficiente Iudice, qui iuſtitiam miniſtrare poſſet, quòd tunc licet rem propriam furto ſubtractam authoritate propria recuperare.

131 Item † adde, qnod emptor rei furtiuæ bona fide, qui alteri poſtea reuendidit, non tenetur reſtituere domino rei furatę pretium illius, quod percepit ab emptore, Angel. conſil. 36. tomo ſecundo, conſilio crimin. diuerſ. magn. impreſſ.

132 Item † adde, quod bona Eccleſiæ furto ſubtracta auocantur a detinente non reſtituto pretio, communis eſt opin. Burſat. conſil. 43. numer. 31. *Baiard.*

y *Scias tamen, quod ſi illam acquiſiuit bona fide.*] Adde †

133 quod acquirens ab alio, & non à fure, præſumitur in bona fide, Bald. in rubr. de inueſt. de re alien. fac. in vſib. feud. Sed contrarium tenet Anton. Scap. in tract. iuris non ſcript. quod in vtroque for. obſer. libro 3. cap. 44. numer. 8. cum

134. ſequen. dicens, quòd acquirens † rem furto ſubtractam, ſi non extat, ad æſtimationem rei indiſtinctè tenebitur, & quod pro empta agi poteſt ad rem, in condemnatione tamen venire poteſt pretium rei; & affirmat ſe pluries ita in Vrbe iudicaſſe. *Baiard.*

z *Folio 303.*] Latè Plot. in l. ſi quando, numero 397. & ſeq. C. vnde vi. *Roſ.*

a *Pro complemento huius materiæ*] Adde † circa iſtam

135 quæſtionem Plot. in l. ſi quando, §. 10 numer. 6. vſque ad numer. 15. C. vnde vi, vbi multum diffusè, tàm de iuramento in litem, quàm de procedendo contra familiam ad torturam, pulchrè diſtinguendo, & limitando eam declarat; vide etiam Pariſ. in conſ. 74. vol. 1. & Bero. in cap. 1. numer. 46. cum ſeqen. de reſt. ſpol. vbi latè, quod ſit ſtandum iuramento hoſpitis, & etiam ſcholaris, qui ſtabat ad cameram, ſeu duodenam in domo alicuius, & pecuniæ, ſeu veſtes de camera, & domo ſubtractæ fuerunt, & de natura, vide etiā Bertaz. conſ. 338 per totum, & ibi addentes, & de huiuſmodi iuramento habetur etiam per Menoch. de arbit. iud. caſu 208. numer. 26. vbi tenet quod, remittitur arbitrio iudicis in multis caſibus.

136 Item † adde, quod edictum l. 1. ff. naut. caup. & ſtab. procedit etiam in illis, qui accomodant cameras, vt uulgò dicitur, le camere locande Bertaz. conſ. 313.

137 Item † adde, quòd licet caupo clauem cameræ tradiderit hoſpiti, tenetur tamen ob furtum, & de dolo, ſi factum eſt ſine fractione, Bertaz. d. conſil. 313. numer. 7. & in conſi. 161. & quando caupo, ſiue hoſpes teneatur ad emendam rerum in hoſpitio ſuo ſubtractarum, & quid requiratur ad hoc ut teneatur Barthol. de Vulpis in cōſ. 95. uolum. 1. inter conſ. crim. diuerſ. & latè tradit Peguer. in quæſt. crimin. capitul. 45. ubi diſtinguit, quando furtum commiſſum fuerit à uiato-

138 ribus, uel à familia cauponis, & † tenet, quòd caupo tenetur, etiam quòd quis in cauponam gratis diuerterit.

139 Item † adde, quòd quando fur introiuit per feneſtram, & abſtulit res hoſpitis, caupo tenetur, Rimin. conſilio 391 & quando conſtat furtum factum fuiſſe à viatore, idem ſcribit Anchar. Regienſ. quæſtio. ſexſageſimaprimo, per totam, lib. 1.

140 Item † adde, ſi hoſpes eſſet ſuſpectus de calumnia, an ſit torquendus, vide Pariſ. de ſyndic. in vlt quæſt. incip. Quidam vir leuis, que eſt in fine tract. ubi ponit multa exempla quorundam, qui dicebant, ſe diſrobatos eſſe, & fuerunt puniti. *Baiard.*

In cau-

quando [b] *in caupona, aut naui furtum commiſſum fuiſſe dicitur, de quo eſt titul. in §. furti. aduerſus nau. caupo.*

27 *ſtabul. Et quotidie contingit, quod hoſpites conſignant eorum valiſias cauponibus. Dubitatur itaque, quid agendum, ſi reddatur valiſia aperta, vel deſigillata. Et in hoc articulo variæ fuerunt opin. inter Scribentes. Nam aliqui dicunt, quòd non creditur iuramento hoſpitis dicentis, quod aliquæ res, quæ erant in valiſia, fuerint ſibi furto ſubtractæ, ſed debet Prętor torquere familiares, vel domeſticos domus & alios, qui erant in domo. Et hæc fuit opinio Bar. in l. 1. §. fin. numer. quinto, ff. ſi famil. furt. fec. dicatur, vbi ſubdit, quòd cum Piſis ei occurriſſet, ita de facto obſeruauit. Et dixit Alexand. ibi in Apoſt. hoc eſſe notandum: & quod quotidie ita ſeruatur. Alij verò dicunt, quod imò ſtatur iuramento ipſius hoſpitis. Et hanc opin. dicit eſſe communem Iaſ. in l. in actionibus, numero 41. ff. de in litem iurand. quem refert Pariſ. conſilio 41. numero 11. & ſeq. libro primo, & Diaz. regul. 286. & Phanucius de in litem iurando, fol. 70. numero 62. Mihi placet opin. contra caupones, vt ſcilicet ſtetur iuramento hoſpitis. nam (vt experientia docet) huiuſmodi genus hominum eſt furaciſſimum: ideò ad reprimendam eorum improbitatem, puto, quòd in practica bonum ſit ſeruare hanc opin. quę etiam eſt magis communis, Et ſcias quod hoc caſu ad hoc, vt ſit locus iuramento, non eſt neceſſe, quod hoſpes aperuerit valiſiam cauponi, ita quod caupo ſciret, quæ res eſſent in valiſia, quicquid dixerit gloſſ. in l. 1. §. fin. in verbo, in naui ff. nautæ, caup. ſtabul. nam illa gloß. communiter reprobatur, vt dicit Iaſon in loco præallegato, numero 43.*

28 *Non* [d] *attingam hoc loco materiam tituli, ſi familia furtum feciſſe dicatur, quia ille titulus, dum diſponit, quod ſi plures ſerui furtum committant, dominus ſoluendo pœnam pro vno liberatur pęr omnibus, & omnes etiam ſerui liberantur, non habet locum ſi criminalitar agatur. Et hæc eſt communis opinio, vt atteſtatur Rim. in leg. ſi familia, numero ſexto, ff. de iuriſdic. omn. iudic. Boſſi. in titulo, ſi familia fur. feeiſſe dicatur, numero ſecundo, præſertim ſi imponenda eſſet pœna corporalis. Et hoc tenent omnes communiter, vt dicit Angel. in rubr. ff. ſi famil. fur. feciſſ. dicatur, numero 1. Vide quę dixi infra lib. proximo.*

b *In caupona, aut naui.*] Quid de publicano, dic, quòd ſi publicanus prætextu ſui officij rem alienam rapiat, furtum cōmittit, vt legitur atq; not. in l. etiam furti actione, C. de furtis. *Giach.*

c *Conſignant.*] Quid ſi debitor meus obligauit mihi pignori aliquam rem ſuam, & non tradidit, ſed poſtea vendidit eam ſine licentia, quod furtum committat, eſt tex. in l. ſi is, qui rem pignori in princ. ff. de furtis, quem ad hoc ſingula rem eſſe dicit Iacob. de S. Georg. in l. manifeſtiſſimi, §. ſed cum in ſecunda, Cod. eo. num. fin. Item emens equum, & illum capiens propria authoritate ante pretiū ſolutum, committit furtum, ſimiliter proxeneta, qui intrat ſtabulum meum, & capit equum meum, & vendidit, qui tametſi fecerit conditionem meam meliorem, puta, quod vendidit pluſ quam valeret, tamen tenetur de furto. De iſtis duobus, vide in ſingul. meis, ſing. 205. Similiter falſus procurator recipiens pecuniam debitam domino, furtum committit, ſed qualiter procedat hoc, vide per Iacob. de S. Georg. in l. fin. C. de furtis, ſub nu. 6. & col. 3 & 4. *Gaich.*

d *Non attingam.*] De receptante rem furatam vide infra queſtio. 90. verſic. ſi. in fin. quæſt. fol. 277. à tergo. *Roſ.*

§. HÆRE.